

revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietates et in essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.

### Communio

Dómine, memorábor iustítiae tuæ solíus: Deus, docuísti me a iuventúte mea: et usque in senéctam et sénium, Deus, ne derelínquas me. (Ps 70:16-17; 70:18)

1. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in aetérnum.

2. In justítia tua líbera me et éripe me; inclína ad me aurem tuam et salva me.

3. Esto mihi in rupem praesídii et in domum munitam, ut salvum me fácias.

4. Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum es tu.

### Postcommunio

Purífica, quaesumus, Dómine, mentes nostras benígnus, et rénova coeléstibus sacraméntis: ut consequénter et córporum praesens páriter et futúrum capiámus auxiliium.

pripažjstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažjstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

### KOMUNIJA

Viešpatie, minėsiu vien Tavo teisumą. Dieve, Tu mokei mane nuo jaunystės, nepalik tad manęs, Dieve, net žilos senatvės sulaukusio. (Ps 70:16-17; 70:18)

1. Tavim, Viešpatie, viliuosi, – neleisk man niekad nusivilti!

2. Kadangi esi teišus, atei pagalbom ir išgelbėk; atkreipk į mane savo ausį ir padėk man!

3. Būk mano užuovėjos uola, stipri tvirtovė man išgelbėti,

4. Nes tu esi mano uola ir tvirtovė.

### POSTKOMUNIJA

Viešpatie, meldžiame Tave, malonigai apvalyk ir atnaujink mūsų protus dangiškuoju sakramentu, kad mes gautume pagalbą kūnui dabar ir ateityje.

## Proprium Missæ DOMINICA XVI POST PENTECOSTEN XVI SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



### Introitus

Miserere mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te.

Ps. Inclína, Dómine, aurem tuam mihi, et exáudi me: quóniam inops, et pauper sum ego. (Ps 85:3; 85:5, Ps 85:1)

### Collecta

Tua nos, quaesumus, Dómine, grátia semper et praevéniat et sequátur: ac bonis opéribus iúgiter praestet esse inténtos.

### Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios (Ephes 3:13-21)

Fratres: Obsecro vos, ne deficiátis in tribulatió nibus meis pro vobis: quæ est glória vestra. Huius rei grátia flecto génu a mea ad Patrem Dómini nostri Iesu Christi, ex quo omnis patérnitas in coelis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum eius in interiorem hóminem, Christum habitare per fidem in córdibus vestris: in caritate radicáti et fundáti, ut póssitis comprehendere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo et longitúdo et sublímitas et profúndum: scire etiam

### INTROITAS

Pasigailėk manęs, Viešpatie, nes per visą dieną šaukiuosi tavęs. Juk tu, Viešpatie, geras esi ir atlaidus, pilnas ištikimos meilės visiems, kurie tavęs šaukiasi.

Ps. Atsuk į mane ausį, Viešpatie, ir išklausk mane, nes esu vargšas ir beturtis. (Ps 85:3; 85:5, Ps 85:1)

### KOLEKTA

Viešpatie, meldžiame, tegu Tavo malonė visada eina priekyje mūsų ir paskui mus. Tegū ji visados daro mus pilnus ryžto geriems darbams.

### EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Efeziečiams (Ef 3:13-21)

Broliai, prašau nenusiminti dėl mano vargų jūsų dėlei, nes jie yra jūsų garbė. Dėl to aš klaupiuosi prieš Tėvą, nuo kurio kiekviena tėvystė danguje ir žemėje turi vardą, kad iš savo šlovės turtų suteiktų jums stiprybės jo Dvasios galia tapti tvirtais vidiniais žmonėmis, kad Kristus per tikėjimą gyventų jūsų širdyse ir jūs, įsišakniję ir įsitvirtinę meilėje, galėtumėte suvokti kartu su visais šventaisiais, koks yra plotis ir ilgis, ir aukštis, ir gylis, ir pažinti Kristaus meilę, kuri pranoksta



supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánte, quam pétimus aut intelligimus, secúndum virtútem, quæ operátur in nobis: ipsi glória in Ecclésia et in Christo Iesu, in omnes generatiónes sæculi sæculórum. Amen.

### Graduale

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam.

V. Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in maiestáte sua. (Ps 101:16-17)

### Alleluia

Alleluia, alleluia.

Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit Dóminus. Alleluia. (Ps 97:1)

### Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam (Luc 14:1-11)

In illo témpore: Cum intráret Iesus in domum cuiúsdam príncipis pharisæórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum. Et ecce, homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Iesus dixit ad legisperítos et phariseos, dicens: Si licet sábbato curáre? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehénsus sanávit eum ac dimísit. Et respóndens ad illos, dixit: Cuius vestrum ásinus aut bos in púteum cadet, et non contínuo éxtrahet illum die sábbati? Et non

bet kokį žinojimą, kad būtumėte pripildyti visos Dievo pilnybės. O tam, kuris savo jėga, veikiančia mumyse, gali padaryti nepalyginti daugiau, negu mes prašome ar išmanome, jam tebūna šlovė Bažnyčioje ir Kristuje Jėzuje per visas kartas amžių amžiais! Amen.

### GRADUALAS

Tautos pagarbiai bijo tavo vardo, Viešpatie, ir visi žemės karaliai – tavo garbės.

V. Juk Viešpats atstatys Zioną ir apsireikš savo didybėje. (Ps 101:16-17)

### ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

Giedokite Viešpačiui naują giesmę, nes Jis padarė nuostabių dalykų. Aleliuja. (Ps 97:1)

### EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 14:1-11)

Kartą šabo dieną Jėzus atėjo į vieno fariziejų vyresniojo namus valgyti, o jie atidžiai stebėjo jį. Štai jį pasitiko vandenlige sergantis žmogus. Jėzus kreipėsi į įstatymo mokytojus ir fariziejus: „Valia per šabą gydyti ar ne?“ Tie tylėjo. Tada jis ėmė, išgydė jį ir paleido. O jiems pasakė: „Jei kurio iš jūsų sūnus ar galviją įkris į šulinį, argi tučtuojau neištrauks jų šabo dieną?!“ Ir jie nesugebėjo jį tai atsakyti. Matydamas, kaip svečiai rinkosi

póterant ad hæc respóndere illi. Dicebat autem et ad invitátos parábolam, inténdens, quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos: Cum invitátus fúeris ad núptias, non discumbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab illo, et véniens is, qui te et illum vocávit, dicat tibi: Da huic locum: et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenére. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco: ut, cum vénerit, qui te invitávit, dicat tibi: Amíce, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus: quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humiliat, exaltábitur.

### Offertorium

Dómine, in auxiliú meum respice: confundántur et revereántur, qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam: Dómine, in auxiliú meum respice. (Ps 39:14; 39:15)

### Secreta

Munda nos, quaesumus, Dómine, sacrificii præsentis efféctu: et pérfice miserátus in nobis; ut eius mereámur esse partícipes.

### Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria,

pirmąsias vietas prie stalo, jis pasakė jiems palyginimą: „Kai tavo pakvies į vestuves, nesisėsk pirmoje vietoje, kad kartais nebūtų pakviesta garbingesnio už tave ir atėjęs tas, kuris tave ir jį kvietė, netartų tau: 'Užleisk jam vietą!' Tuomet tu sugėdintas turėtum sėstis į paskutinę vietą. Kai būsi pakviestas, verčiau eik ir sėskis paskutinėje vietoje, tai atėjęs šeiminkas tau pasakys: 'Bičiuli, pasislink aukščiau!' Tada tau bus garbė prieš visus svečius. Kiekvienas, kuris save aukština, bus pažemintas, o kuris save žemina, bus išaukštintas“.

### OFERTORIUMAS

Viešpatie, skubėk man padėti! Tebūna nugalėti ir apstulbinti visi, kurie tyko man gyvastį atimti. Viešpatie, skubėk man padėti! (Ps 39:14; 39:15)

### SEKRETA

Nuvalyk mus šia auka, meldžiame Tave, Viešpatie, ir dėl Tavo gailėstingumo, padaryk mus vertus ją priimti.

### ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo